



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

Epilogvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

## EPILOGVS.

**H**I sunt præcipui articuli, qui videntur habere controuersiam. Quanquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen, ut fugeremus prolixitatem, præcipua complexi sumus, ex quibus cætera facile iudicari possunt. Magnæ querelæ fuerunt de indulgentijs, de peregrinationibus, de abuso excommunicationis. Parochiæ multipli- citervexabantur per stationarios. Infinitæ contentiones erant pastoribus cum monachis, de iure parochiali, de confessionibus, de sepulturis, de extraordinarijs concionibus, & de alijs innumerabilib⁹ rebus. Huiusmodi negotia prætermisimus, vt illæ, quæ sunt in hac causa præcipua, breviter proposita, facilius cognosci possent. Neq; hinc quicquam ad ullius costumeliam dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt, quæ videbantur necessariò dicenda esse, vt intel- ligi possit in doctrina ac ceremonijs, apud nos nihil esse receptum contra scripturam aut Ecclesiæ catholicam, quia manifestum est nos diligentissimè cauisse, ne quæ noua & impia dogmata in Ecclesiæ nostras ser- perent.

Hos articulos suprascriptos, volumis exhibere iuxta edictum C.M. in quibus confes- sio nostra extaret, & eorum; qui apud nos docent,

docent, doctrinæ summa cerneretur. Si quid  
in hac confessione desiderabitur, parati su-  
mus latiorem informationem, Deo volen-  
te, iuxta scripturas exhibere.

Cæsareæ Maiest. V.

Fideles & subditi,

IOANNES Dux Saxoniz Elector.  
GEORGIVS Marchio Brandenburgensis.  
ERNESTVS Dux Luneburgensis.  
PHILIPPVS Landgrauius Hesorum.  
IOANNES Fridericus Dux Saxoniz.  
FRANCISCVS Dux Luneburgensis.  
WVOLFGANGVS Princeps ab Anhalt.  
SENATVS Magistratusq; Nurnbergensis.  
SENATVS Reutlingensis.



APO